

impetravit tabernaculum. scilicet ⁊ tectū
eius atq; operimentum. annulos ⁊ ta-
bulata cum vectibus. parillos ⁊ bases.
arcam ⁊ vectes. ppiatorioium ⁊ velum.
quod ante illud oppanditur. mensaz cū
vectibus ⁊ vasis ⁊ ppositionis panib?
candelabrum ad luminaria sustentan-
da. vasa illius ⁊ lucernas et oleum ad
nutrimenta ignium: altare thymiamā-
tis ⁊ vectes ⁊ oleum vncionis ⁊ thymi-
ama ex aromaticibus: tentorium ad osti-
um tabernaculi. altare holocausti ⁊ cra-
riculum eius eneam cum vectib; et va-
sis suis: labrum ⁊ bases eius: corinas
artij cum columnis ⁊ basibus: tentori-
um in foribus vestibuli. parillos taber-
naculi artij cū funiculis suis: vestimen-
ta quorū vsus est in ministerio sanctua-
rij. vestes aaron pontificis ac filiorum
ei? vt sacerdotio fungantur. Egress-
sazq; omnis multitudo filioz israel de
conspetu moysi. obtulerunt mēte. pm-
ptissima atq; deuota primitias domi-
no. ad faciendum opus tabernaculi testi-
monij. Quicquid ad cultū ⁊ ad vestes
sanctas necessarium erat. viri cum mu-
lieribus prebuerunt. armillas et inau-
res. ānulos ⁊ ventalia. Omne vas au-
reum in donaria domini separatum est.
Si quis habebat aurum. byacintbum
⁊ purpuram. coccumq; bis tinctū. bys-
sum ⁊ pilos caprarum. pelles arietū ru-
bricatas byacintbinas. argenti et auri.
erisq; metalla obtulerunt domino: lig-
nag; sethim ī varios vsus. Sed ⁊ mu-
lieres docte que venerant dederunt bya-
cintbum purpuram ac vermiculum ac
byssum ⁊ pilos caprarum. sponte ppria
cuncta tribuentes. Principes do obtu-
lerunt lapides onychinos. et gemmas
ad suphumerale ⁊ rationale. aromatu-
q; ⁊ oleum ad luminaria concinnanda
⁊ ad preparandum vnguentum ac thy-
miama odoris suauissimi componēdū.
Omnes viri ⁊ mulieres mente deuota

obtulerunt donaria vt fierēt opēra que
iusserat dominus p manū moysi. Cui-
cti filij israel voluntaria domino dedica-
uerunt. Dixitq; moyses ad filios israel.
Ecce vocauit dominus et nomine bese-
leel filium huri. filij bur de tribu iuda.
impleuitq; eum spiritu dei. sapientia ⁊
intelligentia ⁊ scientia ⁊ omni de cetero
ad excogitandum ⁊ faciendum opus in
auro ⁊ argēto ⁊ ere ⁊ ferro. sculpendisq;
lapidibus et opere carpentario. Quic-
quid fabre adinueniri potest. dedit i cor-
de eius. Boliab quoq; filium achisa-
mech de tribu dan ambos erudiuit sa-
piētia. vt faciāt opēra abietarij polyimi-
tarij ac plumarij de byacintio ⁊ purpu-
ra. coccoq; bis tincto ⁊ bysso. ⁊ texāt om-
nia ac noua queq; repiant.

Fecit ergo beseleel ⁊ ooliab ⁊ omnis vir sapi-
ens. quibus dedit dominus sa-
piētiā ⁊ intellectum vt scirent fabre
opari que in vsu sanctuarij necessaria
sunt ⁊ que precepit dominus. Cūq; vo-
casset eos moyses ⁊ omnem eruditū vi-
rum cui dederat dominus sapiētiā.
⁊ qui sponte sua obtulerant se ad facien-
dum opus. tradidit eis omnia donaria
filioz israel. Qui cum instaret ope-
ri quotidie. mane vota populus offere-
bat. Unde artifices venire compulsi. di-
xerunt moysi. Plus offert populus q̄
necessarium est. Iussit ergo moyses p-
comis voce cantari. Nec vir nec mulier
quicq; offerat vltra in opere sanctuarij.
Sicq; cessatum est a muneribus offe-
rendis: eo q̄ oblata sufficerent ⁊ super-
abundarent. Feceruntq; omnes corde
sapientes ad explēdum opus taberna-
culi: corinas decem. de bysso retorta et
byacintio et purpura. coccoq; bis tin-
cto. opere vario. et arte polimita. Qua-
rum vna habebat in longitudine vigin-
ti octo cubitos. ⁊ in latitudine quattuor.
Vna mensura erat omniū corinarū.